

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto spiritu lxviii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto Spiritu

mentū in cunctanter credere q̄ corporeo non videtur nituitu et ibi figere de siderū quo neq̄as inferre cōspectū. Aug. li. confessionū. Exultauit vt gurgas ad currendā viā suā: Nō em̄ tardauit sed cucurrit clamās dictis. factis. morte. vita: descēsu: ascēsu. Clamās vt redeam⁹ ad eū. et discessit ab oculis vt redeam⁹ ad cor et inueiamus eū. **Quarta** est nostra securitas. Ideo em̄ ascēdit vt noster aduocatus sit apud patrē. Valde em̄ securi esse possumus q̄n̄ talem aduocātū apud patrē nos habere cōsideram⁹. Jo. ij. Aduocātū habem⁹ apud patrē ihesus xpm̄ iustū: et ipse est p̄piciatio p̄ peccatis nostris. De hac securitate dicit beatus. Securū accessum habes ob̄s apud deū: vbi mater ante filiū: et fili⁹ ante patrē: mater ostēdit filio pectus et vbera: fili⁹ ostēdit patri latus et vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa: vbi tot sunt caritatis isignia. **Quinta** est n̄ra dignitas. Maxima quidē n̄ra dignitas est q̄n̄ natura nostra vsq̄ ad dexterā dei exaltata est. Vt et āgeli hāc dignitatē in hoibus cōsiderātes. deinceps p̄hibuerūt se adorari ab hoibus sicut dicit apoca. xix. Cecidi inq̄t ante pedes ei⁹ vt adorares eū: et dixit michi. Vnde ne feceris conseruus tuus sum et fratru tuoz. Vbi dicit glosa. In veteri lege nō p̄hibuit se adorari: s̄ post ascēsiōnē videns sup̄ se exaltari hominē timuit adorari. Leo papa in sermone de ascēsiōne. Hodie natura nostre humanitatis vltra cūctarū altitudinē potestati ad dei patris est p̄uecta p̄fessum: vt mirabilio: fieret gratia dei cū remōtis a p̄spectu hoim̄: q̄ merito reuerentiā sui sentiebant idicere: fides nō diffideret: spes nō fluctuaret: caritas nō reperet. **Sexta** est spei n̄re soliditas. Hebre. iij. Habētes ergo p̄rificem magnū qui penetravit celos ihesus filiū dei. teneamus spei n̄re cōfessionē. Itē hebre. vi. Qui cōfugimus ad tenendā p̄positā spem: quā sicut anchorā habemus aīe tutam ac firmam et incedentem vsq̄ ad interiora velaminis. vbi p̄cursor: p̄ nobis introiuit ihesus. De hac iterum leo. Christi ascensio nostra est p̄uectio. et quo p̄cessit gloria capitis eo spes tendit et corporis. **Septima** est vie ostēsiō. Miche. iij. Ascēdit pandēs iter ante eos. Aug. Cia tibi factus est ipse saluator. surge et ābula: habes quo noli pigrescere. **Octaua** ianue celestis apertio. Sicut ei primus adā aperuit ianuas inferni sic sc̄s paradisi. Unde ecclia cātat. Tu de victo mortis aculeo etc. **Nonā** loci p̄paratio. Jo. xiiij. Vado parare vobis locū. Aug. Dñe para q̄ paras nos em̄ tibi paras. et te nobis paras: quando locū paras. et tibi in nobis: et in te nobis.

De sancto Spiritu lxxvii. A



Spiritus sanctus hodierna die vt sacra actū testat̄ historia in aplos i linguis igneis missus est. Circa cuius missionē siue aduentum octo consideranda sunt. Primo a quo missus est. sc̄do quot modis mittit siue missus est. tercio quo tpe missus est. quarto quotiens missus est. quinto qualiter missus est. sexto in quos missus est. septimo p̄pter qd̄ missus est. octauo p̄ quid missus est. Circa primū sc̄s a quo missus est. Notāduz q̄ ipm̄ spm̄ pater misit. et filius misit: et ipse sp̄s sanctus seipm̄ dedit et misit. De primo Jo. xiiij. Paracletus aut̄ sp̄s sanctus quē mittet pater in noīe meo etc. De sc̄do Jo. xvi. Si aut̄ abiero mittā eū ad vos. Missio em̄ in istis inferio: ib⁹ habet cōparationes ad suū mittentes: sub triplia habitudine. sc̄s vt ad dantē esse: et sic mittit radius a sole: vt ad dantē virtutē: et sic mittit iaculū a picetro: e: vt ad dantē iurisdictionē siue auctoritatē. et sic mittit nūctius a p̄ceptore. Sc̄dm̄ hūc triplīcē modū missio potest cōuenire spiritus sancto. Mittit em̄ a patre et filio. tanq̄ ab eis habēs esse: et virtutē et auctoritatem in operādo. Nichillominus et ipse sp̄s sanctus seipsum dedit et misit. qd̄ videt̄ insinuari Jo. xvi. cū dicit. Cū aut̄ venerit ille sp̄s veritatis etc. Nam sicut dicit leo papa i sermone de pent̄. brā trinitas in cōmutabilis deitas vna est i substantia in diuisa in ope: cōsors in voluntate. par in omni potētia: equalis in glia. Diuisit aut̄ sibi opus nostre redēptiōis misericordia trinitatis. vt pater p̄piciat: et filius

De sancto Spiritu

propidaret: spūsanctus igniret. Quia em̄ spūsanctus deus est ideo recte dicit seipm dare. Hoc autē q̄ spūsanct⁹ deus sit ostendit ambrosius in li. de. f. s. sic dicens Ex quatuor istis manifesta diuinitatis ei⁹ glia cōp: obaf. Deus em̄ esse cognoscit aut q: sine peccato est: aut q: pctā cōdonat: aut quia creatura non est sed creator: est. aut q: nō adorat sed adoraf. Et i hoc ostendit qualiter bñ trinitas se totaliter nobis exhibuit. Pater ei oīa q̄ habuit nobis exhibuit q: sicut dicit aug⁹. misit nobis filiū suū in precū nostre redēptionis. Spiritūsanctū in priuilegiū nostre adoptiōis. et sc̄ipm totū referuat in hereditatē ad optiōis. Similiter fili⁹ totaliter se nobis exhibuit q: sicut dicit bern⁹. Ipse pastor: ipse pasca: ipse redēptio. Dedit em̄ nobis aīam in precū. sanguinē in potū. et carnē in cibū. et deitatē in p̄miū. Similiter et spiritūsanctus totaliter oīa sua dona nobis exhibuit et exhibet: q: sicut dicit. i. cho. xij. Alij per spiritūsanctū dat sermo scientie. alij sermo sapientie sc̄dm eūdez spiritū. alteri fides in codē spiritu. Leo papa. Spūsanctus inspirator: est fidei. docto: scientie. fons dilectionis. signaculū castitatis. et totius causa salutis. **C** Circa sc̄dm quot scz modis mittit siue missus est noranduz q̄ spiritūsanctus duobus modis mittit. scz visibiliter et i uisibiliter. Inuisibiliter cū mentib⁹ sanctis illabit. Visibiliter cū in aliquo signo visibili demonstratur. De missione inuisibili dicit Jo. iij. Spūs vbi uult spirat: et vocē eius audis: sed nescis ynde ueniat aut quo uadat. Nec mirū quia sicut dicit bern⁹. de uerbo inuisibili. Per oculos nō intrauit q: nō est coloratū: sed neq: per aures q: nō sonuit. sed neq: per nares quia aeri nō misceat: sed mētī: neq: inficit aerē sed fecit: neq: uero per fauces q: non est mās sum uel haustus. nec per tactū corporis quia illud palpabile nō est. Queris igit̄ quā ita sint inuestigabiles uic eius ynde adesse nonerim. Nēpe ex motu cordis intellexi presentia ei⁹. et ex fuga uicioz potentia virtutis eius: et ex discussione siue redargutiōe occultoz meozū admiratus sum pfunditatem sapientie eius et ex quātulacōz emendatione mozū meoz expertus bonitatē mansuetudis ei⁹ et ex refo: matiōe et renouatione spūs mētis mee pcepi utriq: specie decoris ei⁹: et ex contuitu ho: oīm simul expaui mltitudinem magnitudis eius. hec bef. Missio aut̄ visibilis est cū in aliquo signo visibili ostēdit. Et notādū q̄ in quātriplicia specie visibili spūsanctus mōstratus est. Primo i specie colūbe sup xpm baptizatū. luc. iij. Descēdit spūsanctus co: pali specie sicut colūba in ipz. Secōdo in spe

cie nubis lucide sup xpm trāffiguratū. math. xviij. Adhuc eo loquēte ecce nubes lucida obumbravit eos. Ubi sic dicit glo. Sicut baptizato dño sic et glificato misterii sancte trinitatis ostēditur spūsanctus ibi in colūba. hic in nube lucida. Tercio in spē flatus. Jo. xx. Insufflauit et dixit eis. Accipite spiritūsanctū etc. Quarto i specie ignis. Quinto in spē linguē. Et i hac duplici specie apparuit hodierna die. Ideo aut̄ in hac quintuplici specie rez mōstratus est. ut def intelligit q̄ harū rez p: oprietates operant̄ in cordibus quib⁹ illabit. Primo mōstrat⁹ est in specie colūbe. Colūba gemitū p cantu habet selle caret. in foraminibus petre manet. Sic spūsanctus illos quos replet facit p suis peccatis gemere. ysa. lix. Rugiemus quasi uis oēs. et quasi colūbe meditates gememus. rōz. viij. Ipse spūs postulat p nobis gemitibus inenarrabilibus. idest nos postulātes et gemētes facit. Secōdo sine selle a maritudinis est. Sap. xij. Quod bon⁹ et suauis est dñe spūs tuus in nobis. Itē eod. vij. uocat suauis benign⁹. human⁹. ex eo q̄ suauis benignos et humanos facit. Suauis i sermone: benignos i corde et humanos i ope. Tercio in petre foraminibus idest in xpi uulncrib⁹ habitare. Can. ij. Surge amica mea. spōsa mea. et ueni colūba mea. Glo. fouēs michi pullos meos infusione spūsancti: in foraminib⁹ petre. glo. id est in xpi uulncribus. Tercio. vl. Spiritus oris nostri xps dñs captus est i pctis nostris cui diximus in umbra tua uiuemus in gētib⁹. Quasi dicat. Spiritūsanctus qui est oris nostri. qd os nostrū est xps dñs quia est os nostrum et caro nostra facit nos dicere xpo. In umbra tua idest in passione tua in qua xps fuit tenebrosus et despectus. uiuemus per iugem memoriā. Secundo monstratus est in specie nubis. Nubes a terra eleuatur. refrigeriū prestat: et pluuiam generat. Sic spūsanctus quos repleta terra eleuat: per contemptum terrenozū. Ezech. viij. Eleuauit me spiritus inter celum et terram etc. Item ezechie. i. Quocūq: ibat spiritus. illuc eunte spiritu et rote pariter eleuabatur sequētes eū. Spiritus em̄ uire erat in rotis. Item grego. Sustato spiritu desipit omnis caro. Secundo refrigeriū prestat cōtra incontinua uiciozū. Unde et marie dictum est spūsanctus superueniet in te: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. id est te ab omni estu uiciozū refrigerabit. Unde et spiritūsanctus uocat aqua que habet vim regeneratiuā. Jo. viij. flumina de ventre eius fluent a que uiue. Hoc aut̄ dixit de spiritu sancto quē erāt accepturi credētes in eum. Tercio generat pluuiā

De sancto

Spiritu

lacrimarū. psal. fluit spūs eius et fluēt aque. scz lacrimarū. **T**ercio mōstratus est in specie flatus. flatus est mobilis. calidus. leuis et ad respirandū necessarius. Sic spiritus sanctus mobilis id est velox est ad se diffundendū. Dibus em̄ mobilibus mobilis est. Glo. super illud. factus est repente de celo sonus aduentis spiritus vehemētis et c. dicit. Nescit tarda molimina sancti spūs gratia. Scdo calidus est ad inflammandū. Luce. xij. Ignem veni mittere in terrā et quid volo. nisi vt ardeat? Unde et austro vento calido cōparatur. Cāticorū. iij. Surge aquilo et veni auster perfla ortū meū et fluent aromata illius. Tercio lenis est ad demulcendū. Unde et ad eius lenitatem in sinuendam vocatur nomine vnctionis. vt paret in canonica iohānis. i. ca. ij. Vnctio eius docet vos de omnibus. Nominē roris. Unde cantat ecclesia Et suis roris intima asperione fecundet et c. Nō mine aure tenuis. iij. Regum. xix. Et post ignem sibilus aure tenuis. et ibi dominus. **Q**uarto necessarius est ad respirandū. Adeo quippe flar⁹ necessarius est qd si ad horam subtraheretur homo cōtinuo moreretur. Sic et de spiritu sancto intelligēdum est. Unde psal. Auferes spiritū eorum et deficiēt. et in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuū et creabuntur. et renouabis faciē terre et c. Item iohānis sexto. Spiritus est qui viuificat et c. **Q**uarto spiritus sanctus mōstratus est in specie ignis. **Q**uinto in specie lingue scdm̄ illud. Apparuerunt illis dispartite lingue tanq̄ ignis. sediqz supra singulos eorum et c. Quare aut in hac die duplici specie apparuit dicē infra. **C**irca terciū scz quo tempore missus est. Notandum qd missus est in quinquagesimo die a pascha. Ideo autē in die quinquagesimo missus est. vt detur intelligi quoniam a spiritu scdo est legis perfectio. eterna remuneratio. et peccatorū remissio. Legis perfectio qm̄ scdm̄ glo. a die agni imolati quinquagesimo die data est lex in igne. In nouo etiā testamēto quinquagesimo die a pascha xpi descendit spūs sanctus in igne. Lex in monte sinay. spūs in mōte syon. Lex in sublimis mōtis loco. spiritus datur in cenaculo. Unde p hoc insinuat qd ipse spūs sanctus est perfectio totius legis. qz plenitudo legis est dilectio. Scdo eterna remuneratio. Un̄ glo. Sicut xl. dies quib⁹ post resurrectionē xps cū discipulis cōuersatus est. p̄sentē ecclesiaz designauit ita quinquagesimus dies quo spūs sanct⁹ dat denariū eterne remuneratiōis exprimit; Tertio pctōz remissio. Un̄ glo. ibidē. Ideo in quinquagesimo. qz in

dulgentia fiebat in iubileo. et p spūm sanctū peccata remittunt. Et sequit i glo. In spūali iubileo rei mortis solunt. debita dimittunt. exules in patriā reuocant. hereditas amissa reddit. serui idest homines pctō venūdati a iugo seruitutis liberantur. Hucusqz glo. rei mortis solunt et liberantur. Un̄ Ro. viij. Lex spūs vite in xpo liberauit me a lege peccati et mortis. Debata pctōz dimittunt qz caritas operit multitudinē pctōz. Exules i patriā reuocant. psal. Spūs tuus bonus deducet me in terram rectā. Hereditas amissa reddit. Ro. viij. Ipse spūs testimoniū reddit spūi nro qd sumus filij dei. Si autē filij et heredes. Serui a pctō liberant. ij. cor. iij. Ubi spirit⁹ dñi ibi libertas. **C**irca quartū scz quonies aplis missus est. Sciendū est qd scdm̄ glo. trib⁹ vicibus eis datus est. scz ante passionē. post resurrectionē. et post ascensionē. Primo ad faciendū miracula. scdo ad relaxandū pctā tertio ad cōfirmandū corda. Primo qm̄ eos ad p̄dicandū misit. et sup omia demonia. et vt lāguores curaret eis potestātē dedit. Hec em̄ miracula per spūm sanctū fiunt. scdm̄ qd dicit mathei. xij. Si autē in spū dei eijcio demonia et c. Nō tamen cōsequēs est vt quicūqz habet spiritū sanctū faciat miracula. qm̄ sicut gre g. ait. miracula hominem sanctū nō faciunt. sed oñdunt. Nec quicūqz facit miracula habet spiritū sanctū. qm̄ et mali asserūt se fecisse miracula dicētes. Dñe domine nōne in nomine tuo pphetauimus et c. Deus em̄ facit miracula p auctoritatē. angeli p materie habilitationē. demones p vtutes naturales rebus insitas. magi p occultos cōtract⁹ cū demonibus. boni xpiani p publicā iusticiā. mali xpiani p signa publice iusticie. Scdo dedit eis spiritū sanctū. quando in eos insufflauit dicēs. Accipite spūm sanctū quoz re. pec. et c. Nō tamē potest quis peccatū remittere quantū ad maculā q̄ est in anima. aut quantū ad reatū. idest obligationē ad penā eternā. aut q̄tum ad dei offensaz. q̄ solum ex iufusione gr̄e et virtute cōtritionis remittunt. Dicitur tamē sacerdos absoluerē. tū qz a culpa absolutū esse insinuat. tum qz penam purgatoriā i tpa lem cōmutat. tum qz de ipsa tpali parte relaxat. Tercio dedit eis hodierna die quando eoz corda sic solidata sunt. vt nil tormēta timerēt. psal. Spūs oris eius oīs virtus eoz. Aug. Talis est gr̄a spūs sancti. qd si tristitiā inuenit dissoluit. si desideriu p̄niciosus cōsumit. si trepidationē abijcit. Leo papa Sperabat ab aplis spūs sanctus. nō vt tunc primū sanctorū habitato: esse inciperet. s; vt sacrata sibi pectora et feruentius accēderet et copiosius mūda

ret cumulās sua dona. nō inchoās. nec ideo nouis opere. quia ditior largitate. ¶ **C**irca quintū qualiter se missus est. Notandū q̄ missus est cū so no in linguis igneis. et ipse lingue apparuerit se dēdo. Sonus aut̄ fuit repētū. celestis. uehemēs et replēs. Repētū q̄ spūs sanctus tarda molimīa nescit. Celestis q̄ celestes efficit. Uebemēs quia timorē filialem inducit. Uel q̄ eternū ve adimit. Unde uehemēs quasi ve adimēs. Uel q̄ mentē ab oī carnali amore uebit. Uñ uehemēs quasi uehēs mentē. fuit et replēs. q̄ spūs sanctus oēs. aplos repleuit. Uñ. Repleti sunt oēs etc. Triplex est aut̄ signū plenitudinis qd̄ fuit in aplis. Primū est non resonare ut patz̄ in doleo. qd̄ dū plenū est non resonat. Job. vi. Nunq̄d̄ mugiet bos cū ante. p̄sepe plenū stererit? Q. d. Cū p̄sepe cordis plenitudinē habet gr̄e. locuz̄ non habet mugitus impatientie. Hoc signū habuerūt apli. quia in tribulationibus p̄ impatientiā non resonabāt imo ibant gaudētes a cōspectu palij etc. Scdm̄ signū est nō plus recipere siue facietatē habere. Qñ em̄ vas aliquo liquore plenū est aliud recipere non pōt. Similiter homo satur nō appetit amplius. Sic sancti q̄ habēt plenitudinē gr̄e non possunt recipere aliū liquore dilectionis terrene. ysa. i. Plenus sum. ideo holocausta. Si militer q̄ gustauerūt celestē suauitatē. ideo non sitiūt terrenā uoluptatē. Aug. Qui b̄berit de fluuio paradisi. cuius una gutta maior est oceanus restat ut in coelis huius mūdi extincta sit. Hoc signum habebāt apli qui nihil p̄prium uoluerūt habere. sed in cōmuni oīa diuidere. Tercū signum est sup̄ effluere. ut patet in fluuio inundate. Eccl. xxiij. Qui implet quasi p̄bison sapientiā. Ad litterā illi fluuij p̄prium est effluere. et circūadiacētia irrigare. Sic apli ceperūt effluere. q̄ ceperūt loqui uarijs linguis. Uñ dicit glo. Ecce signū plenitudinis plenū vas erūpit. ignis in sinu nō potest occultari Ceperūt itez̄ circūadiacētia irrigare. Uñ statim petrus p̄dicare cepit. et tria milia p̄uertit. ¶ **S**cdo missus est in linguis igneis. Circa qd̄ tria uidentia sunt. Primo quare p̄uicrim̄ in linguis igneis. Scdo quare in igne potius q̄ in alio elemento. Tercio quare in lingua potius q̄ in alio mēbro. De primo sciendū q̄ triplici ratiōe apparuit in linguis igneis. Primo ut uerba ignea proferrent. Scdo ut leges igneā predicarēt. scz̄ legē amoris. De his duobus berū. Uenit spūs sanctus in linguis igneis. ut linguis omnīū gentiū uerba igneā loquarent. et legē igneam lingue igneā predicarēt. Tercio ut spūs sanctū qui ignis est per eos loqui cognoscerēt. et

hoc ne diffiderēt. et ne alioȳ cōuersionē sibi attri buerēt. et ut omēs eoz̄ uerba tanq̄ dei audirent. ¶ **D**e scdo sciendū q̄ missus est in specie ignis. multiplici rōne. Prima sumit penes eius septuplitem gr̄am. Sp̄s em̄ ad modū ignis alia humiliat p̄ donū timoris. emollit dura p̄ donū pietatis. illuminat obscura p̄ scientiā. restringit fluida p̄ consilium. cōsolidat mollia p̄ fortitudinē. clarificat metalla tollēdo rubiginē p̄ donū intellectus. sursum tendit p̄ donū sapiētie. Scda sumit penes eius dignitatē et excellentiā. Ignis eī excellit oīa elementa specie. ordine. et uirtute. Specie rōne pulchritudinis in luce. ordine rōne sublimitatis in situatiōe uirtute rōne uigorositatis in actione. Sic et spūs sanctus in his oīa excedit. Propter p̄mū dicit spūs sanctus incoquinat. p̄pter scdm̄ q̄ captat oēs spūs intelligibiles. p̄pter terciū habēs omnē uirtutē sap. viij. Tercia sumit penes eī multiplicē efficaciam. Hanc rōnem assignat raban⁹ sic dicens. Ignis quatuor hz̄ naturas. uirt. purgat. calefacit. et illuminat. Sic spūs sanct⁹ exurit p̄cā. purgat corda. teporē excutit. ignorātiā illustrat. hęc raban⁹. Exurit p̄cā. Uñ zachi. xiiij. Per ignē uia eos sicut uis argentū. Hoc etiam igne uis petebat p̄ p̄cā dicens Ure renes meos etc. Purgat corda. ysa. liij. Si sanguinē hierusalē lauerit de medio eius in spū iudicij et spū ardois. Teporē excutit. Uñ dicit de illis quos replet spūs sanct⁹. Ro. xij. Spūs feruentis etc. Brez̄. In igne appuit spūs sanct⁹. q̄ ab oī corde qd̄ replet. teporē frigoris excutit. et hoc in desiderio sue eternitatis accēdit. Ignorātiā illustrat. Sap. ix. Sensus aut̄ tuū quis sciet nisi tu derideris sapientiā. et miseris spūs sanctū tuū de altissimi? Et. i. cor. ij. Nobis aut̄ reuelauit de⁹ p̄ spūm sanctū. Quarta sumit penes ipsius amoris naturā. Amor em̄ p̄ ignē habet significari triplici ratiōe. Primo q̄ ignis semp̄ est in motu. sic et amor spūs sancti quos replet semp̄ facit esse in motu bone operationis. Uñ grez̄. Nunq̄ est amor dei ociosus. opatur em̄ magna si est. si aut̄ opari negligit amor nō est. Scdo q̄ ignis inter cetera elementa est maxime formale. et modicū habet de materia et multū de forma. sic amor spūs sancti quos replet facit habere modicū de amore terrenoz̄. et plurimū de amore celestū et spūaliū. utiaz̄ nō carnalia carnaliter sed poti⁹ spūalia spūaliter diligant. Distinguit em̄ be⁹. quatuor modos diligēdi scz̄ diligere carnē carnaliter. spūs carnaliter. carnē spūaliter. et spūs spūaliter. Tercio q̄ ignis habet alia inclinare. sursum rēdere. fluida adunare et congregare. Per hęc

tria intelligit triplex vis amoris. Amor enim sicut habet ex verbis dyonisi in li. de diuinis noibus. habet triplicem vim. scz inclinatiua. eleuariua. et coordinatiua. Inclinatiua qz inclinat superiora inferioribus. eleuariua quia eleuat inferiora superioribus coordinatiua qz coordinat equalia coequalibus. Hec dyonisius. Hanc em triplicem vim amoris spiritus sanctus efficit in his quos replet. qz inclinat eos per humilitatem et sui contemptum. eleuat in desiderium superiorum. et coordinat inuicem per uniformitatem morum. **De** tercio sciendum qd apparuit potius in lingua qm in alio membro triplici rone. Lingua enim est membrum igne gebenne inflatum. difficile ad regendum. et vtile bene rectum. Quia ergo lingua igne infernali inflammata erat. ideo igne spiritus sancti indigebat. Jaco. iij. Lingua nostra ignis est etc. Quia difficile regitur. ideo pre ceteris membris gratia spiritus sancti indiget. Jac. iij. Omnis natura bestiarum etc. Quia vtilis valde si bene regitur. ideo necesse fuit vt spiritus sancti rector haberet. In lingua etiam apparuit. ad significandum qd predicantibus valde necessarius fuit. Predicantibus enim necessarius est. qz facit eos loqui seruenter absqz trepidatione. et ideo missus est in specie ignis. Beatus. Venit spiritus sanctus super discipulos in linguis igneis. vt verba ignea loquerentur. et lege ignea lingue ignee predicarent. Et fideliter absqz pusillanimitate. Act. iij. Repleti sunt omnes spiritus sancto. et ceperunt loqui cum fiducia verbum dei etc. Multiplex propter capacitatis auditorum diuersitate. et ideo dicitur act. ij. qd ceperunt loqui varijs linguis. Utiliter ad edificationem et vtilitatem ysa. lxij. Spiritus domini super me eo qd vnxerit me etc. Tercio ipse lingue apparuerunt sedendo. ad significandum qd predicantibus necessarius erat. Predicantibus quoque in iudicio necessarius est. qz confortat auctoritatem ad peccatum remittendum. Jo. xx. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata etc. Sapietiam ad iudicandum. ysa. xij. Pona spiritum meum super eus. iudicium gentibus proferet. Mansuetudinem ad supportandum. Numeri. xi. Dabo eis de spiritu qui in te est vt supportet onus populi tecum Spiritus moysi erat spiritus mansuetudinis vt patet numero. xij. Erat moyses mansuetissimus etc. Donatum sanctitatis ad informandum. Job. xxvi. Spiritus domini ornauit celos. **¶** Circa sextum in quos scz missus est. Notandum qd missus est in discipulos qui fuerunt receptacula mundi. scdm qd de eis cataph. fuerunt ei receptacula mundi et habitia ad susceptionem spiritus sancti propter septem que fuerunt in eis. Ipsi enim primo fuerunt animo quieti. qd notatur in hoc qd dicit. Dum complerent dies penthe. i. dies requietionis. Illud enim

festum erat ad requiem deputatum ysa. lxvi. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum etc. Secundo dilectione vniti qd notat in hoc qd dicitur. Erant omnes pariter. Erat in eis cor vnum et anima vna Sicut enim spiritus hominis non viuificat membra corporis nisi sint vnita. sic nec spiritus sanctus membra spiritualia. Et sicut ignis lignorum diuisione extinguitur. sic spiritus sanctus per discordiam in hominibus. Et ideo cantat de apostolis. Inuenit eos concordantes caritate. illustrauit eos in mundas diuinitas deitatis. Terchio loco secreti qd notatur in hoc qd dicit in eodem loco. scz i cenaculo. Dsee. ij. Duce eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius. Quarto ordine assidui. Vni premitit. Erant perseuerantes vnanimiter in oratione. Unde catamus de eis Dominus ait apostolis deum venisse nunciat. Qd enim oratio necessaria sit ad susceptionem spiritus sancti ostenditur sap. vij. Inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Item Jo. xiiij. Rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit vobis. Quinto humilitate predicti qd notat in hoc qd dicit. Sedentes psal. Qui emittit fontes in conuallibus. i. gratiam spiritus sancti in humilibus. Et super quam requiescet spiritus meus etc. Sexto pace conuincti qd notat in hoc qd erat in hierusalim. qd interpretat visio pacis. Qd autem ad recipiendum spiritum sanctum par necessaria sit. ostendit dominus. Jo. xx. vbi primo pacem obtulit dicens. Pax vobis. Deinde statim insufflauit et dixit. Accipite spiritum sanctum. Septimo in contemplatione erecti qd notat in hoc qd spiritum sanctum ceperunt in superioribus cenaculo. Vni dicit glo. ibidem. Qui spiritum sanctum desiderat carnis domicilium mentis contemplatione transcendens calcet. **¶** Circa septimum propter quid scz missus est. Notandum qd missus est propter sex causas. qd notat in hac auctoritate. Paraclitus autem spiritus sanctus etc. Primo ad consolandum mestos. qd notat cum dicit paraclitus. qd idem est qd consolator. ysa. lxi. Spiritus domini super me etc. Et sequitur. vt poneret consolationem lugentibus syon. greg. Consolator spiritus sanctus dicitur qd de peccati perpetratioe merentibus dum spem venie preparat ab afflictione tristitie mentem leuat. Secundo ad viuificandum mortuos. qd notatur cum dicit spiritus. quia spiritus est qui viuificat. Ezechiel. xxxvij. Ossa arida audite verbum domini etc. Ecce ego imittam in vos spiritum et viuetis. Terchio ad sanctificandum immundos qd notat cum dicit serus sicut enim dicit spiritus qui viuificat. ita sanctus qui sanctificat et mundat. Vni sanctus idem est qd mundus. ps. fluminis impet. i. mundans et abundans gratia spiritus sancti letificat ciuitates dei. i. ecclesiam dei. Et per istud flumen sanctificauit tabernaculum suum altissimum. Quarto ad confortandum amorem inter discordantes et

De s. gordiano et epi. De s. nereo

odiosos qđ notatur cum dicitur pater. Pater em̄ dicitur eo qđ naturaliter diligit nos. Jo. xij. Ipe enim pater amat nos. Si pater et nos filij eius. et fratres adinuicem. et inter fratres perfecta amicitia perseverat. Quinto ad saluandū iustos quod notatur in eo qđ dicit in nomine meo quod est ih̄sus et salus interpretatur. In nomine igit̄ ih̄esu. i. salutis pater misit sp̄m. yr ostendat qđ ad saluandas gētes venit. Sexto ad docendū ignaros qđ notatur in eo qđ dicitur. Ille vos docebit om̄ia. Circa octauū notandū qđ datur sue missus est in primitiua ecclesia. Primo p̄ orationē. Unde. Orantibus apl̄is ꝛc. Et luc. iij. Orante ih̄esu descendit sp̄s sanctus ꝛc. Secdo p̄ verbi dei deuotā et attentā auditiōnē. Act. x. Abuc loquēte petro. cecidit sp̄s sanctus ꝛc. Tercio ad assiduā operationē quod notat̄ in manuū impositione. Act. viij. Tūc imponebat manus super illos ꝛc. Ul̄ impositio manuū signat ad solutionem que fit in confessione.

De s. gordiano et epimacho lxx



Gordianus a geos quod est dogma siue domus ꝛ dyan qđ est clarū. quasi clara domus in qua habitabat deus. Sicut autē dicit aug. in li. de ciui. dei. bona domus est paribus mēbris disposita. ampla. et lucida. Sic ille sanctus fuit pariter dispositus p̄ concordie imitationē. amplius p̄ caritatē. lucidus per veritatem. Epimachus ab epy qđ est supra et machin quod est rex. quasi superius rex. Vel ab epū qđ est supra et machos quod est pugna quasi pro supernis pugnans. A

Gordianus vicarius iuliani imperatoris cum quendā xpianū nomine ianuariū ad sacrificiū dum cōpelleret. ad predicationē tñ ipsius ianuarij ad fidē cū vxore sua et. liij. viris cōuersus est. Qđ audiēs iulianus iussit ianuariū in exilium mitti. gordianū vero si sacrificare nollet capite trācari. Decollatus est igit̄ beatus gordianus et corpus eius ad canes p. viij. dies pietū est. Sed cū oīno remāssisset intactū. tandē a familia sua rapit̄ et cū beato epimacho quē dudum predictus iulianus occidi fecerat non longe ab vrbe miliario fere vno circa annum dñi. cccx. sepellitur

De sanctis nereo et achilleo lxx



Nereus interpretat̄ lucis cōsiliū. vel nereus a nereth qđ est lucerna. et vs festinās. vel nereus quasi ne. i. nequaquā reus. fuit ergo cōsiliū lucis in virginitatis p̄dicatiōe. lucerna in honesta cōuersatiōe. festinās in zeli feruore. Nereus idest nequaquā reus in cōsciētie puritate. Achilleus ab achī qđ est frater meus. et lea qđ est salus quasi fratrū salus. Horū passionē eutbices victorinus et macrobius maro serui xp̄i scripserūt. A

Nereus et achilleus eunuchi cubicularij domitille neptis domiciani imperatoris fuerūt. Quos br̄s petrus apl̄s baptisauit. Cū ergo p̄dicta domitilla aureliano filio consulis nupta esset et gēmis et purpureis vestibus tegeret. Nereus et achilleus eidē fidē p̄dicauerūt. et virginitatē multipliciter cōmendauerunt. oñdentes virginitatē deo esse proximā. angelis germanā. hoibus